



**Conciones siue Conceptvs Theologici Ac Prædicabiles R.  
D. Petro Bessæi SS Theol. Doct. Reg. Galliar. Oratoris**

De Sanctorum Festiuitatibus Anni totius, & aliis solemnitatibus - Opvs  
Novvum, Figvris, Allegoriis, Similibvs Ex Sacris profanisq[ue] Scriptoribus  
plenißimum, cum occurentium fidei controuersiam tractatione .... Editio  
Qvinta. Nvnc Demvm Integre Svppletæ, Concionibvs Per Octauam Vener.  
Sacramenti ...

**Besse, Pierre de**

**Coloniae Agrippinae, 1629**

In Festo S. Iacobi Apostoli.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56262](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56262)

IN FESTO S. IACOBI  
APOSTOLI.

Partitio.

1. De honorum mandatorum suavia & nullitate.
2. De petitione indubita matris Zebedaearum.
3. De amore inordinato parentum in filios.
4. De responso Christi: Ne citis quid petatis.
5. De Apostoli Iacobi titulis, cur Boanerges.
6. De aliis eiusdem laudibus.

Potestis bibere calicem, quem ego bibiturus sum? Matth. 20.

FIGVRA.

Gen 27.

QVIS non miteretur ut nouum quid & peregrinum, atque amoris naturalis legibus quodam modo repugnans, Rebeccam Isaac Patriarchæ uxorem, sed ambitiosam altoqui matrem, paternam filio suo Iacobo iuniori benedictionem, seniori ac primogenito Esau, cui naturæ lege debebatur, excluso, deposcere? Longe vero mirabilius, videre hodie apud Redemptorem aliam quamdam matrem, sed eadem ambitione exaceratam, Zebedæi scilicet uxorem, filijs suis, magno aliorum Apostolorum, qui natu ijs maiores erant, præiudicio dextram ac sinistram, id est, honores, dignitates, & mundi præeminentias, quæ terræ benedictiones sunt, expetere. Hoc D. nostrum Iacobum singillatim refert, cum eius nomine ex parte hæc facta sit postulatio, quocirca historiz huius vobis hodie seriem proponere decreui. Verum oculos ante manusque cælo tendamus oportet, quo Spiritus sancti opem efflagitemus, utque gloriosissima Redemptoris mater sua nobis ope succurrat, omnes illam Angelica salutatione donabimus, dicentes

AVE MARIA.

I. Val. Maxim. lib. 7. c. 2. Illustre profecto rex ille, Auditores, sapientia specimen, referente Valerio Maximo, Bessai tom. 3. De Sanctis.

dedit, qui oblatum sibi à suis diadema, priusquam capiti adaptaret, manu diutius versauit, ipsumque introsum & extrorsum inspiciens, inter versandum suspirijs ac lachrymis erumpentibus, in hæc tandem verba prorupit, *O nobilem magis quam felicem coronam quam si quis penitus cognoscat, quot tecum curas, anxietates, incommoda, & inquietudines trahas, quot stiperent mala velut indiu diu laterones, ne humi quidem iacentem tollat; hac enim dulceto absynthio temperata est, & hæce maiestas exitio vicina.*

Vtinam Christicolæ omnes, regis illius sapientissimi exemplo, secum perpenderent, mundi huius honores longe esse nobiliores quam beatiore; & noscent ac pernoscant, quot laboribus comparentur, quanto cum discrimine & periculo conseruentur, quo denique dolore, molestia, animique amaritudine perdantur! Vtinam inquam penitissime perpicerent, quot eos mala & calamitates sequantur, quam caro consent, quam ægre possideantur, quam velociter fugiant! Mera quippe sunt phantasmata statim euanescentia, chimeræ realitatis omnis expertes, meræ illusiones, & gemmæ adulterinæ ac supposititiæ. Vmbra sunt corpore carentes, accidentia sine substantia, quæque nullum solidum subiectum habent; vanitates sunt transitoria, fumi volaces & fugaces, flores, mox ut calycibus emerferunt, marcescentes, statua Nabuchodoforis in somnio duntaxat apparentes, fortunæ ludibria, fraudes imposturæ & mundi fallaciæ, hominum incantamina, ac sexcentorum malorum ilias & seminatium.

Equidem spondere ac iurare auisim, si mundani mines hæc penitus introspicere, sibi que proponerent, quam cito honores euanescant, & eodem sæpe die, quo primum aduentur, amitti, ac tolli, & hodie qui rex est, cras emori; hodie ad regni solium sceptrumque euehi, cras intra terræ viscera recondi; mane Cræsum esse, & vespere Iro pauperiorem (*Irus est subito qui modo Cræsus erat;*) si inquam perpenderent, quam vanitates nobis illudant, quam honores hominibus insultent & imponant, polliceri auisim fore, ut eodem aut penitus fugerent & exploderent,

Mundi honores illustriores quam feliciores.

Honores mundi quæ viles.

Mundani honores ho mines irrident.

Mundi honor fucata seruitus.

aut saltem in propriam eius ruinam interitumque non conuerterent, seque ipsos ijs non oppugnant.

Mundanus ergo & cosmophilus, vanitarum studiosus, & ambitiosus moliminibus turgidus sanctam hanc Philosophiam ad animum interdum reuocet, ac iudicij quieti imperturbatque trutina hæc omnia secum ipse ponderet. Cogitet inquam amplissimum etiam magistratum, ac summum honorum apicem, non nisi pulchram & speciosam reuera esse seruitutem. S. Paulinus vero eam sceleratam & malam vocat, eius afferre me verba æquo animo patiamini; ait ergo, *Blaudum nomen bonos mala seruitus*, id est; Mundi honores exterius quidem pulchri sunt, & in specie grati ac iucundi, sed nihil reuera tristius, nihil miserius. Venena quippe sunt melle illita, vincula gemmea, laquei aurei, abominations laruatæ ac fucatæ, ac personatæ fictitiæque seruitutes.

Lib. de catechiz. rudib. cap. 16.

Magnus porro Augustinus meras eos indigerat vanitates, & nationum ruinam: *Quid sunt, inquit, honores seculi, nisi vanitas quadam, & ruina populorum?* Noua quidem hæc, verissima tamen honorum definitio mundanorum. Omnis, ex philosophorum doctrina, definitio constat genere & differentia: quam porro honorum vitæ huius sanctus hic Doctor consignat, vanitatem habet pro genere, animarum vero gentiumque interitum pro differentia. Multa quidem in mundo sunt, quæ vanitatem includunt, sed non omnia homini ruinam & exitium causantur; vnus honoribus hoc reseruatum est, nulli rei præterea.

1. p. Pastor. cap. 9.

Honores mundani sunt mentis humanæ æpistates.

Magnus item Doctor & Pontifex Gregorius, mentis humanæ eos tempestates ac turbines, & animorum nostrorum procellas nuncupat: *Quid, inquit, est potestas culminis, nisi tempestas mentis?* perinde ac si diceret: Gradus throni & sublimes honorum tituli, omnesque terræ dignitates totidem sunt animorum tempestates, & mentium procellæ. Et sane sibi quisque persuadeat, se postquam honorem aliquem nactus fuerit, nulla deinceps requie perfruiturum, noctes dieq; animum excruciantum, negotijs se obruentum, curis erodendum, ac rerum laqueos

mille sibi inquietudines & anxietates pariteros. Credat inquam, mare se procellosum conscendisse, in quo perpetuis agitando turbibus ac præter tempestates & fluctus elatioribus nihil sit penitus habiturus.

S. Bernardus his quam proxime accedens, ambitionem, horum inquam parariam & Lib. 3. de proreteram, mortalium nuncupat crucem, *considerat. & martyrium: Ambitio, inquit, ambientium crux; nihil acerbius cruciat, nihil molestius inquietat.* E quibus inferendum est, hominem ambitione actum, honoribus inhiantem, sextentis cruciari inquietudinibus, nec minori mitiori que torqueri supplicio, quam qui cruci suffixus est, aut è patibulo suspensus, iam ad extremum vitæ halitum efflandum redactus. Quapropter audacter dixerit, sibi ambitio ipsa crux sit, ambitiosos & mundanos honores dum confectantur, miserrimos esse, & veros Satanæ Martyres, temporalibus hoc in mundo vitam supplicij finientes, vt in altero eandem viuere in æternis cruciatibus incipiant.

Idem Bernardus hæc ipsa alio pertractans loco, & terrenorum honorum fucum imposturamque detegens, personamque qua cohonestantur, vt genuina ac naturalis ipsorum pateat hypocritis & fictio, detrahens, hæc depromit verba, *Meditantibus honores Epist. 44. blandium ut, sed onera pensantibus terrori sunt ac formidini.* Nihil porro certius, quam honores, dignitates, opes egregio blandoque schemate fascinare ac decipere eos, qui frontem extimam & vultum personatum dumtaxat intuentur; at qui eisdem euiscerant, qui cordis quodammodo penetralia rimantur; qui intima extra inspicunt & præcordia, ijs plane desipere, displicere, formidini esse, ac terrori, vt eos & fugiant & detestentur velut onera ac fascem toleratu difficilem, præsentissimoque expositum periculo.

Præclaram rei huius figuram dabit Deuteronomium: in quo legem hanc tulit Dominus, *Eum adificaueris domum nouam, factus murum tecti per circuitum, ne effundatur sanguis in domo tua.* Elata ecce fieri tecta, & pinnacula nonarum ædium muro circumambiente coronari iubet, ne quis inde in præceps labatur: sed in hac muri constructione simul etiam

iam

Alta dignitas semper periculosa.

iam infinuat & aperit, quæ in turribus, pinnaculis, altisque dignitatum locis occurrant pericula: hæc scilicet alto prudentiæ & considerationis muro ac vallo muniuntur oportet, ne quis ex illis in præceps ruat, & salutis in discrimine versetur. Quamobrem danda opera, ut honorum fastigia & culmina virtutum ac caute læ muro circumuallentur, ne quod ruinæ inde periculum pateat.

1. Reg. 4.

Vt in proposito simul & figuris pergamus, videamus, quæso, quid in Regum libris de Heli Pontifice scriptum sit: qui cecidit de sella retrorsum, & fractis cervicibus mortuus est. Sella hæc, quæ in Hebraico textu throni nomine dicitur, reclinatorium retrorsum non habebat, (vt diligentissimus iuxta ac doctissimus oblerauit Abulensis) cui caput & reliquum Pontificis huius corpus inniteretur; hinc retrorsum prolapsus cerebrum comminutum, fracta cervix, & repentina virum mors occupauit. Quam luculentum hic lateet mysterium! Docemur hic in primis; sublimes cathedras, elatos thronos, & sellas regias ruinæ ac prolapsui facillimo obnoxias esse. Deinde, Pontifices ac Prælatos hinc in cathedris confidentes in presentissimo lapsus, mortis, perditionis, damnationisque periculo versari. Tertio discimus, eos, qui ad alta dignitatum fastigia euecti sunt, & in sublimi honorum gradu constituti, nisi virtutum fulcro nitantur, nisi vitæ probitate circumuallentur, nisi alto meritum muro muniuntur, ma iunum exitij interitusque discrimen adire. Væ ergo illi Prælato, væ ciuitatis ac reipub. rectori, cuius turris & apex muro non cingitur, quo similia impediuntur discrimina; cuius thronus virtutibus ac meritis non sustentatur.

Pontifices ac Præfules in casus versantur periculo, nisi bene fultii.

Esth. 7.

Quæ prælaturas ac terrenas dignitates comitantur discrimina, præuidens sapiens, prudens hoc nemini non suggerit consilium: *Noli quarere ab homine ductatum, neq; à rege cathedram honoris.* Titulus quidem speciosus, schema extrinsecum illustre admodum ac splendidum, sed finis accastrophæ maximum includit periculum, ac proinde omnem fuggillat, ac dissuadet ambitionem & omnem

honorum, dignitatum, potestatum, imperiorumque terrenorum venationem.

Periculorum honoribus annexorum exemplum esto Saul primus Israelitarum rex, qui antequam regni gubernacula capefferet, teste Scriptura, *Filius vnius anni erat, cum regnare coepisset.* Paraphrastes Chaldaus vertit, *in quo nulla erant peccata.* E quibus efficitur, Saulem, antequam ad regnum eueheretur, virum integerrimum, omnis expertem culpæ fuisse, & innocentia cum puero vnius anni, omnem ignorante malitiam conferti potuisse; sed regem factum ita in omne scelus ruisse, & honoribus sic eius immutatos fuisse mores, vt in damnationis statu exspiraret; quique, dum obscurus inter suos afinas patris custodiens latebat, honestam vitam tamque vitam duxerat, ad honores elatus probrosa ac misera vitam morte terminauit. Quid? si, qui à Deo ipso ad regnum electus & euectus erat, tam miserandum nactus est finem, quid de illis sperandum, quos elegerunt homines? si, qui, dum corona illi & sceptrum deferebatur à populo, deliquit, & abscondit se, ita deprauatus est & perditus; quid illis tandem fiet, qui tanta contentione; nixu, ambitione & cupiditate dignitatibus inhiant?

Honores mutarunt mores. 1. Reg. 13.

Exemplum periculorum dignitatus annexorum.

Daniel Propheta de quadruplici orbis Monarchia, nempe Persarum, Chaldaeorum, Græcorum, & Romanorum loquens sic scribit. *Videbam in visione mea nocte, & ecce quatuor venti cœi iugnabant in mari magno, & quatuor bestiae grandes ascendebant de mari diuersa inter se.* Mira hic excutienda & consideranda occurrunt. In primis quod quatuor illæ magna monarchiæ ventorum nomine à Prophetis dicantur; tum quod omnia mundi imperia dignitatesque meri venti sint & fumus, eo quod numquam firma sint, nullamque spondeant securitatem aut certitudinem; tum vero quod dignitates & potestates supremæ, violentorum impetuosorumque ventorum instar, ad superbiam, tyrannidem, insolentiam aliaque flagitia nihil minus opinantem hominem abripiant. Atque ita hoc exponit Diuus Ioannes Chrysostomus in suis ad Antiochenos homilijs: *Quemadmodum, in mari tranquillum mare popul.*

Monarchiæ orbis ventis affimulantur.

delati totum ab imo subruunt, Et arena cum unda misceatur, sic ambitio & turpis questus animam subeuntes omnia subvertunt.

Mundi dignitates belluis ferocibus æquantur.

Eodem ipso loco Propheta quatuor hæc Monarchias bestiarum ingenium & effertatum nomine donat, quod imperia, status ac dignitates, veluti indomitæ & feroces quædam belluæ possessores suos sexcentis modis mordeant, pungant, lacerent, torquent ac discrucient. Ita mundi huius honores ventis æquantur, quod in vanitates nos abripiant; belluis vero sanguini affluetis, quod assiduis laboribus, tormentis, curis, & inquietudinibus nos lancient.

Hom. 10. in Matth. 21.

Chrysostomus in Matthæum, assiduos honorum mundanorum stipatores, miseria ac mala recensens, omnem ijs prope animarum ruinam ascribit, velut causis primatijs: *Homo Christianus, inquit, fortiter cadit in peccatum propter duas causas, aut propter magnitudinem peccati, aut ob altitudinem dignitatis.* Adeo ut ex S. Chrysostomi mente ingentes honores ingentium fiat causa culpæ.

In vita.

Refert Demosthenem dixisse Plutarchus, si quis duplex nobis iter, quorum hoc ad mortem, illud ad imperia & regna, aliosque mundi honores viatorem deduceret, ostendens, alterutrum eligendi potestatem faceret, prius potius, quod ad mortem & interitum, quam quod ad honores euntem conduceret, inuendum nobis fore. Quam ergo sunt inanes ac vanæ hominum ambitiones! quam stolidi ac culpandi mortales, in inquirenda ruita & exitio suo tanta vitium & animorum contentione insudantes!

Ostendit hoc & patefacit ipse Dei filius, cum duos Apostolorum suorum terrenas adhuc vanitates quærentes, & matris patrocínio & interuentu dextram ac sinistram in regno suo, id est, honores & dignitates mundanas expetentes, acerrimis verbis obiurgauit, & velut sugillans reprehendit, *Nescitis quid petatis.* Hoc Euangelij hodierni subiectum est, quod hoc incipit modo, *Accessit ad Iesum mater filiorum Zebedæi cum filiis suis, adorans & petens aliquid ab eo, &c.* Id ipsum bifariam pro more dispertiar, primo Euangelij textum decurram, deinde S. Iacobi vitam, virtutes ac præconia contexam.

Primo itaque, refert Matthæus, Domino de passione sua verba faciente, quæ sane materia etiam saxi lachrymas eliciuisset, & durissimas etiam mentes emolliisset, & ad rerum omnium contemptum repudiumque etiam inuitas compulisset, mulierem, tamen si in virtutum ludo edoctam, & rerum piarum exercitio deditam solida nescio qua ambitione actam, matrem inquam Zebedæidum, cum duobus filijs ad eum accessisse adorantem, & aliquid ab eo petentem, atque in hæc tandem verba prorupisse, *Dic ut*

*sedent duo filii mei,* &c. quasi diceret, Certior facta ac minime diffidens, Domine, de ea quæ te manet forte, & regnum Israel sine vilo dubio tibi deferendum credens; in animum ipsa meum induxi, mihi que persuasi, filios hosce meos, vtpote sanguine tibi proximos, & iam tuos clientes, discipulos, & assecras factos, tam lætæ fortunæ utrumque participes esse, & primas in regno tuo partes obtinere debere; quocirca quam possum diligentissime eos tibi commendo, summaque animi à te contentione efflagito, vnum vt à dextris, alterum à sinistris in regno tuo constituas, id est, ad primarias & principes dignitates suscollas. E stultæ humani petitiõne sufficientissima dolentiori euldi ac lachrymandi materia elici potest, si tu afficiamur nimirum consideremus, quanta animi demissione, dum alicuius opem & operam deprecamur, dum rogemus, nobis vt auxilietur, quo eum honore afficiamus, quæ veneratione ad eum accedamus: è contra vero quam exigua cum submissione, modestia, honore, ac reuerentia Deum, auxilium, & rebus in arctis opem remediumque postulatuti, adeamus, cum tamen infinitæ maiestatis sit Deus, ad quem solum gloria, honor, & summa pertinet reuerentia. (nam sibi Deo honor & gloria) de quo etiam Psal. 71. *miscit scriptis: Coram illo (Messiam intelligit) procident Æthiopes & inimici eius terram lingent,* id est, infideles & idololatræ, qui omnes, quoad hoc, Dei filij inimici sunt, ad eius pedes prouolentur, summaque animi humilitate terram osculabuntur, postquam scilicet sancto obedientiæ eius iugo se submiserint.

II.

Petitiõ matris filiorum Zebedæi.

Am-

Ambitiosa hæc mulier huc nos deducit: etenim vt honores & vanitates impetret, quam potest maximo cultu accedit, summe se deicit; tantoque honore, & reuerentia vitur, vt & Redemptorem adorarit: *Ado ans eum.* Ita se quoque hodie purpurati illi Regum ac Principum pedissequi gerunt: vt enim ad altiora euehantur, vt ad dignitates eleuentur, vt in aula amplioribus muniis admoucantur, vt honores obtineant, vt opes denique coaceruent; magnates supplices colunt, canes prostratos adulando imitantur, denique principes, velut idola quædam ac numina adorant. At si DEVS, regum ille omnium Rex adeundus, si venia ab eo commissorum efflagitanda, misericordia deprecanda, necessitates aperiendæ, animæ illi salus commendanda, æterna vita & gloriæ sempiternæ fruitio petenda; tanta cum irreuerentia, tam parua cum humilitate, tam sine discretionem, tam denique impudenter aditum parant, vt vel Deum non nosse, vel nosse nolle videantur.

**Mattis Zebedæidum hypocritis.** Hoc ritu se gerit hæc Zebedæidum mater, quæ & præter indiscretionem hanc suam, insignem quandam præfert hypocritin, quam Euangelista notat, dicens: *petens aliquid.* Primas in regno Dei petere cathedras tantum dicit esse aliquid. Ita quoque Beisabæe Davidis vidua, Salomoni regi se sistens, maximi momenti ab eo rem petitura, petitionem & causam accessus tacuit, sed exiguum se quid postulaturam præmisit. *Petitionem,* inquit: *vnam paruulam ego deprecor.* Ecquæ simulatio? ecquæ hypocritis? petebat illa nimirum Adoniæ Abisai conjugem, ac proinde regni totius euectionem, & vniuersæ Reip. Judaicæ ruinam. Quocirca Salomon eius preces reiiciens, & imprudentem petitionem sugillans, mox respondit, *Quare postulas Abi aig Sunamitidem Adonia? postula ei & regnum.* Mattis filiorum Zebedæi postulatio multo etiam imprudentior est & dissimulatio, primas namque cathedras in domo Dei rogans, non nisi pusillum quid & exiguum postulare dicit. *Petens aliquid ab eo.*

**Zebedæidæ matrem par-** Duo Apostoli, & fratres hanc mulierem, utpote matrem (sui nomen Maria Salome,

& Zebedæi coniux) adhibent vt patronam matronam adiacmediatricem, quæ libellum hunc supplicis hibeat ad cem suo nomine Domino offerat. Primo ne dignitates cæteros offenderent Apostolos. Secundo, postuladas quo facilius petitorum compotes fierent. Tertio, vt Redemptor ipse mulieri huic culpam, si quæ forte ex indiscreta hac parumq; ciuili supplicatione oritura erat, facilius indulgeret. Notate, obsecro, filiorum artes, suas, in honorum quæstu & intentione, matres mediatrices adhibentium. Videte quoque altum & vastitatem mundi, qui, quo Deum imprudentibus precibus fatiget, importune urgeat, & iuinæ propriæ interitusq; occasionem roget; etiam matrum opera vitur.

Verum quid stulta hæc matercula efflagitat? scilicet, *Dic, vt sedeant hi duo filij mei ad dextram & sinistram in regno tuo.* Tortat. Quent se Patres & interpretes in causa, qua ad hanc petitionem faciendam mater hæc impulsa fuerit, inuestiganda. Credit Hieronymus, verba illa *Tertia die resurget* postulationis huius occasionem fuisse. Mulier namque hæc, audito Dominum rediuuum à mortuis resurrecturum, credebat eum mox à resurrectione regni gubernacula adepturum & coronæ possessionem aditurum, atque hinc primas in regno sedes filiis ambiuisse.

Aliud sentit S. Cyrillus, doceretque hæc eius postulata illis Domini verbis Matthæi 19. *Vos, qui secuti estis me in regeneratione, cum sederit filius hominis in sede maiestatis sue, sedebitis & vos super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israel,* nixa fuisse. Mater ergo hæc regnaturum Dei filium certo sibi e verbis hinc persuadens, cum de throno & maiestate eum audiat loquentem, atque Apostolos, inter quos duos illa habebat filios, ad honorum fastigia certissimo euehendo sperans, utpote sedium mentionem fieri audiens, hinc occasionem sumpsit e duodenis hinc sedibus primas duas duobus filiis postulandi, utpote ambitione instigata, eorumque in hoc mundo euectionis cum primis cupida.

Eiusdem est sententiæ Victor Antiöche- nus, Beda quoq; & Joannes Chrysostomus, *de S. Iacobis,*

Chrysof.  
lib. 66.

vnde hic ait: *Quoniam super duodecim sedes  
sessuros discipulos audierunt, volebant (vt con-  
silio) primatum huius sessionis impetrare, quem  
per matrem postularunt, eum ipsi petere ve-  
rent.*

Luc. 10.

Ipse tamen Euangelista Marcus aperte  
docet, filios ipsos hæc Domino postulata  
proposuisse, *Et accedunt, inquit, ad eum Iaco-  
bus & Ioannes filij Zebedæi, dicentes, Magister  
volumus, vt quodcumq; petierimus, facias nobis.*

Zebedæi-  
dum im-  
prudens pe-  
ticio.

Notanda hic ingens discipulorum horum  
impudentia, dicentium, *Volumus*, quod su-  
perbiam ac miram quandam præsumptionem  
sui includit; cum enim, vt filios morti-  
geros & humiles, à mundo sequestratos,  
mortificatos, ac Jesu Christi discipulos, di-  
cere eos oportuisset, si placet, si modo ita  
tibi videatur, si nobis id expedire censeas,  
aliisque modestiam ciuilitatemque spiran-  
tibus verbis vt, insolenter, vt vanitate ple-  
ni, vt mundani, vt perfictæ frontis aiunt,  
*Volumus*, cupimus, hæc nostra voluntas.  
O hominum impudentiam! ô mundi indi-  
cretionem! itane coram Deo, & cum Deo  
loqui, atque ea cum insolentia & auda-  
cia?

Eandem prætulere apud Matthæum im-  
pudentiam Nazareni, cum à Redemptore  
miracula, velut potestatis eius argumen-  
ta ac testimonia postulantes, audacter a-  
iunt: *Magister volumus à te signum videre*,  
ac miraculum, quod potentem dexteram  
tuam patefaciat, vt certo inde ipsi colligamus,  
esse te promissum orbi Messiam. Audite im-  
pudentes, male moratos, ac præsumentes,  
cum modestie, reuerentier, & humiliter  
petere ab ipso prodigium aliquod debuissent,  
insolenter & impudenter id ab eo fieri iubent,  
suamque filij Dei & mundi Redemptoris  
voluntati anteponunt. Sane si filiorum  
petita indiscreta sunt, ipsa matris verba  
haud multo honestiora ac ciuilliora sunt  
dicentis, *Dic, & sedeant hi duo filij mei,*  
*&c.*

Matth. 12.

*Dic*, inquit: Quid? Dictione tantum opus  
est, mulier, vt quis sedeat, vt beatitudi-  
nis reddatur compos, vt cœlestem adipiscatur  
gloriam, vt regnum æternum adeat? *coronæ & scepra sermone solo dantur? verbis*

duntaxat & solis verbis beatitudo comparatur? Loquere tantum oportet, sermoci-  
nari, ac orationes texere, vt Angelorum san-  
ctorumq; socius & collega quis fiat? an non  
meministi eorum, quæ Seruator olim iam  
rediuuus duobus in Emmaus abeuntibus ait:  
*Nonne oportebat Christum pati & ita intrare Luc. 24.*  
*in gloriam suam?* ostendens, passione, pœnis,  
cruciatibus toleratis gloriam comparari,  
tum is ipse, ad quem ea natura spectabat,  
non nisi post crucem & passionem amarissi-  
simam exhaustam, eam adire potuerit. O  
parum prudens mater! *Dic, vt, &c.* Mun-  
dumne Redemptor Christus verbis solum  
redemit? tantumne prædicare eum oportuit,  
quo æterno non Patri reconciliaret? an-  
ne Messia verba sufficere ad delictorum nos-  
trorum veniam impetrandam? satisne fuit  
linguam & eloquentiam adhibuisse ad por-  
tas æternas aperiendas, tartara claudenda,  
mortem extinguendam, dæmones in fugam  
conuertendos?

Vera quidem hæc, & consideratione di-  
gnissima mater hæc longe sublimiora spe-  
ctauit, & Theologico locuta est stylo: scilicet  
ipsa, dicere, & facere in Deo idem penitus esse,  
& tam late verbum quam eius patere po-  
tentiam, nec latius potentia, quam ver-  
borum eius vires extendi, verbum eius esse  
potens & efficax, & virtutem potentiamque  
verbo inseparabiliter unitam esse. Loquitur ergo  
vt cordata & sapiens mulier, meminitque verbo  
Deum creasse omnia, & nihil non produxisse: *Dixit, & facta sunt, & creata sunt.* Ver-  
bum eius creaturas omnes distinxit, & suum  
cuiq; locum assignauit, & habitaculum, terram  
animalibus, æra aëribus, mare piscibus,  
cælum soli, lunæ ac stellis. Credit ego idem  
sufficere verbum ad duos filios suos à dex-  
tra sinistraque constituendos: *Dic, & duo filij  
mei*

Meminerat adhæc, Centurionem ethni-  
cum non nisi verbum aliquod potentis huius  
operarij petiisse, vt seruus paralyticus sani-  
tati restitueretur, dicendo, *Tantum dic ver-  
bum, & sanabitur puer meus.* Hoc secum  
mater cogitabat, atque ita ratiocinaba-  
tur, si Verbum incarnatum vel loquendo  
ægris

ægris

ægris mederi potest, facilis multo dignitates & cathedra conferretur parentibus, & quidem ius petendi habentibus, ut huic sua consanguinea.

III.  
Parentes  
in filiis  
postulant.

*Dic, ut sedeat bi duo filij mei.* E matris huius filiorum amore intantum excæcata verbis colligo, tria ut plurimum parentes filiis suis & optare & parare.

Primum est requies, quod ex illis eruo, *Dic, ut sedeat.* Huc namque omnia tum patrum, tum matrum vota spectant, ut filios commode quieteque habere, labore & molestia carere videant: malunt siquidem eos otio disfluere, quam negotiis rebusque gerendis operam dare: non aduertentes illud Sapientis consilium, *Multa mala docuit otiositas.*

Id. 33.

Gen. 27.

Secunda parentum eo cura spectat, ut filij commodis opibusque affluant. Exemplo futura est Rebecca, quæ nihil non effecit, omnemque mouit lapidem, ut primogenitorum iura, quibus potissima Isaac facultatum pars continebatur, in dilectissimum suum Jacob transferrentur. Item mater hæc Zebaidû, quæ amplissimas in regno Messia dignitates, atque honorum primas illis poposcit.

Reg.

Tertium parentum pro filiis votum & sollicitudo, sunt honores: ita Bersabee Dauidi ad extrema vitæ redactio se stitit, filio Salomoni paternos honores, coronam & scepterum peritura. Et hodie mulier hæc Evangelica Christum adit, primos filiis honores ambiens, quos sedium, dextræ ac sinistra nomine intellexit, *Dic, ut sedeat.*

Sed quid, si hinc mulier hæc reprehendi meretur, illinc sane excusatione digna est. Primo quod fuerit mater, nam matrum erga prolem amor, ut quidem S. Ambrosius sentit, blandus quidam tyrannus est. Secundo morat, quo filios Christus amore complecteretur, ut, qui arcanis intimisque consiliis eos semper adhibuerat, & præ aliis Apostolis altissimorum eos mysteriorum conscientos reddiderat: quibus inducta credit, eos cæteris ab illo præponendos, & velut intimos familiarissimosque amicorum in dignitatum in regno suo distributione primas laturos. Tertio sancta fortasse quadam incensione ad dignitatum hæc fastigia filiis

poscenda mora est, ut Christo consanguinitate adeo propinqui, & illius intimi cum essent, ad maiores honorum gradus euecti, fidelius illi obsequium præstarent, sincerius erga eum afficerentur, ac maiori cum affectu diligentiusque cultum illi ac ministeriam præstarent.

Omnia hæc excusationem merentur, uti Matres & alia quædam consideratio laudem, quod omnes filios ut prudens & cordata mater, æquali erga æquali di- omnes filios amore feratur, non maiori in ligant a- hunc quam illum affectu propendens, cum more dignitatem hanc, & prærogatiuam ambo- bus æqualiter poscat, & singulari qua- dam cum prudentia, utriusque gratiam hanc communem esse velit. Utinam parentes om- nes sanctam hanc matrem in hac paritate a- moris imitarentur, ut domesticam hoc pacto inter filios pacem conseruarent, æmulatio- nisque ignem, qui post extinguere nequaquam potest, non excitarent, aut litium semina hoc pacto non spargerent, quæ deinde in nepotes etiam deuoluuntur! Utinam, inquam, affectus illorum erga proles omnes æquali passu procederet, vnumque plus alio non dilige- rent!

Quæ ex-

Privatus hinc & singularis patrum erga si- lios nonnullos amor extrema parere mala hoc paren- consuevit, implacabiles suscitatur æmulatio- tum amo- nes, horrendas ciet tempestates, bellaque re mala na- g. procedit, quæ hereditates depeculantur, a- scantur. nimos abalienant, & familias penitus eun- runt.

particulari

hoc paren-

tum amo-

re mala na-

g. procedit,

quæ hereditates

depeculantur,

ascantur.

Exemplo sit Jacobi Patriarchæ fami- lia, quæ mala, quas æmulationes, quas lites, quas peperit inimicitias, singularis sancti hu- ius viri erga Josephum natu minimum fili- um præ reliquis filiis amor? in Genesi siqui- dem legere est, *Israel diligebat Ioseph super om- nes filios, fecitque illi tunicam polymitam in pedes vsque propendentem.* Quid portio malorum singularis hic affectus peperit? dicit ibidem loci Genesi: *Videntes autem fratres eius, quod à patre, plus cunctis filiis amaretur, oderant eum, nec poterant ei quidquam pacifice loqui.* Et Jacob ob- Cruentum portio hoc odium eo etiam proces- dit, ut undecim fratres concitavit inque eius Joseph. conspirare ruinam ac mortem cogent, qui patris erga se affectus omnes excedebat, hanc.

particulari  
hoc paren-  
tum amo-  
re mala na-  
g. procedit,  
quæ hereditates  
depeculantur,  
ascantur.

Gen. 37.

Turbæ in

familia

Jacob ob

dilectione

Joseph.



hancque emulationem & inuidiam incius causabatur.

Ipsē porro Israel hac in re redditus prudentior, cum magno suo dolore didicisset, quod in malorum in familia esset occasio, patium erga filios amoris distractio & inæqualitas, iam morti proximus & testamentum conditurus, ad vnum omnes ad se filios euocauit, & fatidico prædicens spiritu quid singulorum posteris ac tribubus olim euenturum esset, singulos est singularim allocutus. Ad Judam autem ut peruentum est, lætum hoc illi prognosticon enuntiavit, *Non auferre ut sceptrum de Iuda, & dux de Ieremo eius, donec veniat, qui mittendus est.* Verba sane ænigmatica & obscura, vaticinia intellectu perdifficilia.

Ad quid hæc spectat obscuritas, hæc figura, hæc ænigmata, & hi gryphi verborum? Hæc vnica est ratio. Noluit nimirum verbis manifestis & patentibus senex declarare, reges è tribu Juda nascituros, sed sub ænigmaticis inuolueris & verborum ambagibus: aliis fratribus hocce mysterium intelligentibus Judæ inuidendi, cumque odio implacabili prosequendi ansam & occasionem daret. Ita quoque mulier hæc, ut prudens & sagax mater æquali utrique filio honores affectu procurat. Verum quid responderet illi Christus? scilicet, *Nescitis quid petatis.*

Math. 17.

S. Petri imperfectio in monte Thabor.

Gloriosus Apostolorum Princeps Petrus cum Redemptorem Jesum in monte Thabor transfiguratum vidisset, gaudio animi extra se raptus, ac propterea omnia deserere, ibique tabernacula & sedes figere paratus, ut ait: *Bonum est nos hic esse, faciamus hic tria tabernacula*; ilico eius imperfectionem Euangelista redarguens, *Nesciebat*, inquit, *quid diceret*: id est, Ignorabat quid diceret, dum in monte Thabor commode habere vult, transfigurationis gloria perfrundo, qui ad mortem crucis Romæ subeundam destinatus erat, nesciebat quoque quid diceret, dum in vno Judææ monte suam collocare & terminare sortem vult, qui velut supremus Pastor, omnium filium caput, **JESU CHRISTI Vicarius**, per vniuersum terrarum orbem & in Ecclesiæ

monte ab omnibus conspiciendus erat. Nesciebat quid diceret, vnica felicitatis guttula, & quodam gloriæ in monte Thabor apparentis specimine contentus esse cupiens, qui oceanos & abyssos eiusdem sperare poterat, & cui in cælis tota pars, beatitudo inquam infinita, & gloria nunquam terminanda reseruata erat.

Ita quoque Dei filius de duobus hisce discipulis ait, *Nescitis quid petatis*, aus quid dicatis. Vere quid peterent, nesciebant; & errabant, hæc dubie petentes in regno Christi sedes: cum ipse solius & non aliorum sit, in regno hoc sedere, cæterorum stare, ut ipse Daniel refert, & re ipsa vidisse se testatur in Apocalypsi sua Joannes: *Vidit turbam magnam, quam dinumerare nemo poterat, &c. stantes ante thronum Dei.* Vel potenti huic regi ad pedes procidere; quod non modo iudibus hisce piscatoribus facere incumbit, sed etiam Patriarchis, Prophetis, Regibus, & sanctorum etiam maximis, qui cum senioribus illis Apocalypticis, capita inclinantes, coronasque deponentes coram Agno se prosternunt, in æternum profunda quadam humilitate Deum adorantes. Hi ergo, qui sedere hic optabant, nesciebant, quid peterent. hinc merito illis dictum, *Nescitis quid petatis.*

Ita porro respondens Dominus, dicere illis vult, *Quod cognati mei sitis & consanguinei, idcirco primas vobis debent sedes putatis, atque hinc eas à me postulare audetis: sed dico vobis, Nescitis quid petatis; & tamen sciretis, non est meum dare vobis, id est, Rationi minime consentaneum foret, mihi que turpe futurum, vobis posthabere alios longe digniores, & minus quam vos electio diuina non respicit que non intuetur, neve humano nititur incarnem & tuitu. Hinc Ecclesiæ regimen in S. Petrum, sanguinem non in Joannem, tamen dilectissimum, nec in Jacobum, quamuis sanguine proximum, collatum est.*

Quin imo maledictiones apud Prophetam intentat **DEVS** iis ac grauissime comminatur, qui consanguineos præ aliis ad Ecclesiasticas dignitates euehant, *Va, inquit, illis,*

Ad solum Jesu Christum spectat in regno suo sedere. Dan. 9. Apoc. 4. & 7.

IV.

Electio diuina non respicit que non intuetur, neve humano nititur incarnem & tuitu. Hinc Ecclesiæ regimen in S. Petrum, sanguinem non in Joannem, tamen dilectissimum, nec in Jacobum, quamuis sanguine proximum, collatum est.

illis qui adificiant Sion in sanguinibus, &c. Sion hoc loco, uti & aliis plurimis, in sacris litteris, Ecclesiam repræsentat, & sanguis consanguineos: adificare ergo Sionem in sanguine, est ad munia, & beneficia Ecclesiastica parentes eligere & notos, & quotquot caro & sanguis nobis commendant: quod sane magnum Ecclesiæ malum est, ac sæpe desolationem & ruinam causatur.

Isai. 8.

Hanc ad rem præclare ac mirifice facit, quod in libro Judicum de Abimelech notho legitur: Hic Sichimitis dominari cum vellet, eorumque ad se pertrahere animos, ut in ipsum propendentes suffragia pro eodem ferrent, hoc ipso est modo allocutus, Considerate, quia os vestrum est caro vestra sum, id est, vobis sanguine iunctus sum, vestroque editus ste nate. hinc ceteris mereor præferri, sed innox ut ad imperium sublimatus est, fratres septuaginta legitimo thoro natos & veros regni successores (vnicodumtaxat excepto) de medio sustulit, parricida omnium factus. Videte equod causata sit malum electio hæc humano facta respectu. Ut hinc cum metu discamus, omnes ad munia altiora cum in rebus publicum in religionibus promotiones, sanguine aut affinitate suadente, vix unquam recte succedere, sed ut plurimum tum regnis, tum Ecclesiæ noxias esse. Hanc ob causam hodie Redemptor cognatos suos à se reiecit, elatiores postulantes cathedras, dicendo, *Nescitis quid petatis.*

Electio ad munia sanguine noxia plebunq; sunt noxia.

Parentes nesciunt quid petant, dum filiis honores petunt.

Prov. 33.

Hic mecum sistite, parentes carnales, mundani, ambitione excæcati; verba Christi mecum perpendite, & vobis eum ipsi cogitate, nescire vos quid petatis, cum filiis honores, dignitates, & Prælaturas poscitis. Vos etiam filij vani & ambitiosi, nescitis quid queratis, cum parentes impellit, ut pro vobis ipsi presentent, honores vobis venientur, & vobis extollendis magna animi corporisque contentione insudent. Animalia ac iumenta rationis expertia gemunt, dum oneribus & sarcinis grauantur, & vos sub onere ridetis, sarcinæ vobis sunt delitiæ, iisque gloriæ. Quam recte igitur in Prouerbiis scopum ferit Sapiens, dum ait, *Stultorum exultatio in ignominia;*

Bessai tom. 3. de Sanctis.

quasi dicat, Ambitiosi mundi huius, velut stolidi & insensati, gaudent & plaudunt, eo vnde erubescere eos oporteret, vitium ut virtutem, infamiam ut gloriam habent. Jactant se, seque efferunt summæque gloriæ ducunt ad dignitates euehi, cum tamen hoc ignominiam, pudorem, calamitatem ac ruinam illis causetur.

Stultum sane est, petere in hoc mundo, quod damnationem in altero asserere potest: Insanum vero, acquisitis iam honoribus & ad munus aliquod aut Prælaturam euectum, inde gloriari & insolescere, imitari hoc Pilatum est, qui sua Præsidis dignitate se iactans Christo victo ait: *Nescis, quia potestatem habeo crucifigere te, & dimittere te?* quænam potestas? quis honor? quæ gloria? innocentes morti addicere, filio Dei crucem parare, sacrilegia & parricidia patrare, leges humanas simul & diuinas violare, perdere se ac destruere, ac damnationem in caput suum accersere: satius fuisset, ô miser & infortunate Præses, numquam hanc potestatem & honorem adeptum fuisse, quam eo habito tam impie abusum esse, & tam barbarum facinus commisisse.

Stultum est honoribus insolescere.

Ioan. 19.

Dan. 2.

Dic mihi, an non vera ac mera Nabuchodonosoris Babylonij fuit stultitia, in statua fingenda metallum metallo superaddere, aurum, argentum, æs, ac ferrum permiscere, & non nisi luteas illi pedes ac basin dare? hinc & ad primam concussionem omnia comminuta sunt & in cineres abiire. Ad eundem sæpe modum hominibus accidit, quorum sæpe non minor stultitia est, cum enim ex se fragiles sint, omnique meriti expertes, ambitione quadam impellente, honori honorem ac dignitatem dignitate superstruere, & imponere Pelion Ossæ aliosque montes volunt, & ecce ad minimum impulsu omnia hæc ilico collabuntur, & sæpe honoris simul & facultatum iacturam facientes in hoc sæculo, in altero animam æternæ addicunt damnationi.

Allegoria.

Sapientius longe fecerunt arbores, (in Parabola, parabola illa in libro Judicum) cum rogatæ, ut regnum caperent, onus id à se excusserunt; atque inter cæteras vinea & ficul-

Judic. 9.

kk nca

ne suas ipsa expendent vites, & onerum horum ponderibus impares se affirmantes dixerunt, *Non possum deferere dulcedinem meam, vt in amaritudine deinceps agam. Vilem & humilem conditionem meam deferere nequeo, in qua iucunde lateque ago, quo altiores haec dignitates adeam, & regnum accipiam, in quo molestiis exagiter, & sub sexcentarum inquietudinum fauce prope expitem. Sapientes haec arbores imitemini, ac scitote, cum munia & onera haec ingentia postulatis, quibus vites vestrae ferendis impares sunt, vere nescire, quid petatis.*

Non est mundi quoslibet ad dignitates eligere.

Psal. 16.

Verba haec sunt certo certiora, vt pote ab aeterna veritate prolata, quae sonant etiam, non esse hominū Deum docere, ac sanctam sapientemque eius pronidentiam limitari, nominādo & declarando ei singillatim eos, quos ab aeterno selegit, vt secum in caedris caelestibus confideant: quin etiam eos, quos mundus sequestrat, & parentes seligunt, vt ad dignitates promoueantur, à Deo plerumque reici, & iisdem impares haberi, quos vero mundus vt indignos repudiāt, eos caelitus eligi ac praedestinari. Hinc quodam loco Sapiens ait, *Pater meus, & mater mea dereliquerunt me, Domi: us autem assumpsit me.* Vt hinc mystico sensu eruamus, quos mundus ac parentes velut propudiosos & peripsemata reiciunt, vt pote sua sententia, qui aliis praesint, indignos, eos ipsos à Deo assumi, magni fieri, protegi, ad dignitates ac Praelaturas sustolli. At litterali sensu insinua-re vult Psaltes, quod illi accidit, dum Samuelem mittit Deus, vt vnum è filiis Isai in regem Israel vngeret & assumeret. Samuel ergo domum Isai ingressus, omnes illum vnum in locum filios cogere iubet, quod vnum illorum in regem à Deo esset destinatus. Primogenitus ergo cum in conspectum venisset, ilico didicit Propheta non esse illum, quem Dominus elegisset, quare secundum listi iubet, & hunc etiam reiecit Dominus, & reliquos vsque ad sex. Adeo vt, cum omnes filios pater produxisset, minimi, Dauidis fuerit oblitus. Quocirca Samuel voti irritus perit ab eo, *Numquid iam completi sunt filij? an non sunt tibi alij? Non elegit Do-*

Dauid à patre reiectus vt regno indignus à Deo eligitur.

*minus ex istis, quare aliquem superesse adhuc mihi sit verumile. Tum Isai, Adhuc reliquus est paruulus. & pascit oves, quasi diceret, Superest quidem vna tibi iuuvis, omnium natu minimus, qui ouibus pascedis dat operam, sed hunc, quia regno inceptum & regendis tribubus Israel imparem credo, producere nolui, vt poterit & in agris educatum, omnis orbis vrbantatis, morumque vrbanozum, aulicorum, nobiliumque ignaam. Hinc Dauid merito, Pater meus, & mater mea dereliquerunt me, &c. Historia vero huius sensus est. Deum non eligere ad dignitates eos, quos parentes iisdem destinant, sed eos plurimum, quos vt indignos reiciunt. Monentur quoque hic eadem opera parentes, omnem mouentes lapidem, caelum terramque fatigantes, filios suos vt ad honorum iustollant culmina, quin etiam, si fieri posset, regni admoveant gubernaculis. Hem cæci & fatui parentes, digni, qui illud Apostolis responsum audiat, *Nescitis quid petatis.**

Idem profecto parentibus ambiosis & Parentes cupidus numquam non Dei filius responderet, *Nescitis quid petatis*, vt nec mater vententes lastra, vobis instigantibus, dum thronos, sepe causas, & honorum fastigia poscitis: quasi disceretes, sapenumero contingit, parentes filios ad dignitatum eminentias extollendotum, illorum interitus causam esse, & ruinam certissimam iisdem afferre. Egregie huc facit, quod apud Oseam Deus ait, *Ephraim vt vidi, Tyrus erat fundata in pulchritudine, & Ephraim educet ad interfectionem filios suos, id est, Ephraim magnificata, locupletata, & ciuibus abundans, ad instar veteris ac superbae illius Tyri, extollere vult filios, & ad illustres eos honorum gradus subuehere, quin & reges efficere, sed Satius ac hoc illis in ruinam, infelicitatem, exitium melius est & desolationem, parentibus vero in dedeliberis caecus & confusionem vertet, satiusque iis est ferre, quam serunquam eos mundo genuisse. Hinc & perditionis ipse Propheta hic subastens, & sortem hanc illorum miseratus, ita Deo supplicat, *Da eis vuluam causa esse, sine liberis, & vbera amentia, id est, multo longeque satius est, Domine, liberis eos carere, quam habitos in perniciem & interitum**

Idem profecto parentibus ambiosis & Parentes cupidus numquam non Dei filius responderet, *Nescitis quid petatis*, vt nec mater vententes lastra, vobis instigantibus, dum thronos, sepe causas, & honorum fastigia poscitis: quasi disceretes, sapenumero contingit, parentes filios ad dignitatum eminentias extollendotum, illorum interitus causam esse, & ruinam certissimam iisdem afferre. Egregie huc facit, quod apud Oseam Deus ait, *Ephraim vt vidi, Tyrus erat fundata in pulchritudine, & Ephraim educet ad interfectionem filios suos, id est, Ephraim magnificata, locupletata, & ciuibus abundans, ad instar veteris ac superbae illius Tyri, extollere vult filios, & ad illustres eos honorum gradus subuehere, quin & reges efficere, sed Satius ac hoc illis in ruinam, infelicitatem, exitium melius est & desolationem, parentibus vero in dedeliberis caecus & confusionem vertet, satiusque iis est ferre, quam serunquam eos mundo genuisse. Hinc & perditionis ipse Propheta hic subastens, & sortem hanc illorum miseratus, ita Deo supplicat, *Da eis vuluam causa esse, sine liberis, & vbera amentia, id est, multo longeque satius est, Domine, liberis eos carere, quam habitos in perniciem & interitum**

rum pettrāhere, illorumque ruina occa-  
sio esse.

Respexit Propheta, aut fortasse etiam mu-  
tuatus est hocce suum vaticinium ab eo,  
quod i. Regum libro legere est Israelitæ si-  
quidem à Deo petentes Regem, Samuelis  
imperium directionemque perosi, quod ab-  
iectum nimis hoc & vile videretur, nec  
splendorem aut maiestatem præferret, mox  
Samuele rem dissuadente & iuperba illorum  
molimina infringente discunt, quæ sibi ab  
rege futuro ius suum vsurpante impendeant  
mala, quæ grauamina, quæ subeunda one-  
ra. *Hoc erit, inquit, ius regis, qui imperaturus  
est vobis, filios vestros tollet, & ponet in cur-  
ribus suis, facietque sibi equites, & cursores qua-  
drigarum suarum, quali sicut: Nescitis quid  
petatis: quod enim filius forte vestris honori  
arbitramini, hoc ipsum ru. nam illis cantabi-  
tur: atque hoc est, quod hodie duobus disci-  
pulis ambitiōis Redemptor ait, Nescitis quid  
petatis.*

O immensa & infinita Dei bonitas! non  
vult Seruator ex immenso erga suos amore,  
è venenato ambitionis poculo eos bibere.  
quæ res historiæ cuiusdam admirabilis,  
quam Pictius Valerianus suis in Hierogly-  
phicis refert, mihi reficit memoriam: Mes-  
sor, inquit, cum forte fortuna in aquilam  
cum serpente depugnantem incidisset, à quo  
cum illa spiritus circumsecus ligata stringe-  
retur, ac tantum non, effugere minime va-  
leas, suffocaretur; ille tam illustrem alitem  
tanto in discrimine miseratus, propius acce-  
dens, falce serpenti caput præcidit; quo ex-  
stincto aquila & hoste caruit, & periculum  
mortis euasit. His peractis, cum messores,  
& inter eos ipse aquilæ vindex, è labore æ-  
stuque diei defatigati, bibituri vicino è  
fonte aquam hauissent, vinam singuli ori  
admoissent; cum vero eius iam bibendi ef-  
sent vices, qui aquilam liberauerat, ecce ti-  
bi nobilis illa avis beneficij ab eodem ac-  
cepti memor, utpote cui vitam salutemque  
debebat suam, bibere volentem desuper  
volitans impedit, tantumque costro aliisque  
efficit, vinam vt manibus excusserit, & in  
terram disiecit. Quod messor factum de-  
miratus, conuersus videt socios omnes ex-

spirasse, quod fontem, vnde aquā hauserant,  
serpens suo ante veneno omnem infecisset.  
Vt profanam hanc historiam sancto nostro  
proposito adaptemus, & Ægypti au-  
rum veri Dei altaribus inferamus, ipse Je-  
sus Christus, toties in Scriptura aquilæ com-  
paratus, idem hodie profus cum duobus  
hisce fratribus facit, quibus multis erat no-  
minibus, tum quod omnia ipsum securi  
deseruisent, tum quod toties eius hono-  
rem aduersus noxium illum serpentem, Sy-  
nagogam inquam Judaicam propugnaf-  
sent, deuinctus. Videns quippe eos è ve-  
nenato hoc ambitionis fonte & lethali va-  
nitatis amphora bibere velle, poculum hoc  
manibus eripit, & bibendi desiderium vo-  
luntatemque cordi animoque excutit, ali-  
umque illis longe saluatorem, meliorem-  
que, suæ inquam passionis calicem propi-  
nat, dicens: *Potestis calicem bibere, quem ego bi-  
bitu us, um.*

Ne cui vero historiæ huius appropriatio  
parallela ac pariatio noua & insolens videatur,  
perspiciatisque ambitionem venenatam  
esse scaturiginem fontemque letiferum, qui  
quet quot inde bibere & haurire gestientes  
perimat & extinguat, adite S. August. qui  
verba illa Pfaltis, *Es in cathedra pestilentia non  
fedit*, exponens, per cathedram hanc, in qua  
sedere nefas, peccatum ambitionis intelli-  
git vult & mundi honorem. Hæc sufficiat quo-  
ad primam partem, etenim iam secundam  
aggrediar, & de sancto Jacobo Maiore ma-  
gna proferam.

Antequam vero mare hoc conscendam,  
sciatis oportet, filium Dei, nostram vt re-  
demptionem opereretur, in mundum veni-  
endo, & humilitatis nostræ schema vestem-  
que assumendo, 12 viros elegisse viros, qui sem-  
per & assiduo cum ipso agerent, qui eius in-  
diuidui socij forent, atque exinde eos per  
omnes terræ angulos destinaret: fuere hi Ec-  
clesiæ Principes, castrorum Domini duces,  
Euangelij præcones, mysteriorum interpre-  
tes, fidei bases, Religionis fundatores, quos-  
que primos tum in militanti, tum trium-  
phanti Ecclesia esse voluit. Verum inter 12  
illa capita ac primos patriarchas, tres potif-  
simum selegit, quos præ aliis dilexit, ac

Christus a-  
quilæ com-  
paratus in  
Scriptura:

Ambitio,  
pestilens  
est.

Psal. 1.

Christus  
12 viros  
magnos e-  
legit, vt a-  
pud se age-  
rent.

præposuit, maioris in eos amoris signa ostendens, iis altissima ac profundissima voluntatis suæ molimina communicans, arcana & mysteria ipsis reuelans, maxima illis mirabilia spectanda dans, transfigurationis sub fulgorem ac maiestatem in monte Thabor, passionis instantis agoniam, & angustias in horro oliuarum, Archisynagogi filix ad vicam resuscitationem in medio Synagogæ. Tres hi fuere, S. Petrus, Jacobus, Joannes, velut tres Messix familiares, ac triplices Ecclesiæ bases ac fundamenta.

S. Petrus, Jacobus, Joannes Apostolorum primi.

2. Reg. 15.

Cum generosorum ac validorum Ducum ac bellatorum Dauidis Regis catalogus textur, ac velut iustrum iatur, tres potissimum, vt principes, capita, antesignani ac primipili ante alios referuntur, ac deinde cæterorum nomina recensentur, sed singulis hoc epiphonema subnectit, *Veneruntamen ad tres primos non peruenit.* quasi diceret, Tametsi alij fortes & validi fuerint, & in omni se conspectu viros præbuerint, nullus eorum tamen robore, animo, virtutibusque cum tribus illis prioribus est comparandus. Sane in filij Dei exercitu multi generosi & illustres, inuisique fuerunt bellatores, quos S. Paulus olim iustrans & recensens ait, *Fortes facti sunt in bello.* Sed inter omnes illos tres præ aliis emicuere, eluxere, cæterisque præstantiores fuere, Petrus nimirum, Jacobus & Joannes; ac quantumuis reliqui sanctitate & animi generositate excelluerint, nullus tamen ad tres primos peruenit, nemo ad magnitudinem meritaque illorum ducum perigit. Illos hinc semper Christus reliquos exemit numero, & maiori quam alios amore est persecutus, & imprimis Jacobum hunc nostrum.

Hebr. 11.

Inter cæteros Apostolos tres præcellunt.

V. Cur Jacobus dictus sit Maior.

Dictus autem idcirco est *Maior*, aut etiam fortasse ad discrimen & distinctionem ab altero illo Jacobo minore, Mariæ Cleophæ filio, idque duplici de causa. Primo, quod Jacobus hic noster, vocationis iure, primo ad Apostolatam sit à Domino vocatus, ac proinde maior. Ac quemadmodum inter Antistites & Episcopos illi maiores & primi habentur & dicuntur, qui primo ad

dignitatem promoti sunt: ius enim admissionis vel vocationis maioritatem indignitatibus ac Prælatutis dicit. Secundo, quod Christo Domino fuerit familiarior ac magis intimus, vt enim iam dixi, inter reliquos Apostolos tres habuit amicissimos, Petrum Joannem & Jacobum; erga quos suum vt testaretur affectum, singularibus eos prærogatiuis donauit, quibus non alios. Petro quidem Ecclesiæ suæ regimen & administrationem concedidit, Joanni primus in beatissimæ matris suæ tutelam directionemque commendauit. Jacobo vero nostro crucis suæ honorem & gloriam commisit: primus enim inter Apostolos martyrium subiit.

De hoc Apostolo, deque fratre eius Joanne sermonem instituens Redemptor, illorum sortem & euentura illis præfagiens *bonos* illos vocauit; id est, Hebraica phrasi, filios tonitruum, quod reliquos Apostolorum velut horrenda quædam terribilia tonitrua, prædicationis essent excellentia superaturi. S. Jacobus imprimis reuera tonitruum quoddam ob martyrium fuit: cum enim primus ipse, ob amorem Redemptoris, pro veritate Evangelica, pro Ecclesiæ exaltatione, ad mundi confusionem, ad idolorum subuersionem, ad exemplum fidelium, ad inferorum terrorem, & rerum omnium contemptum, mortem subierit, magnum hoc fragorem dedit, hoc longe lateque insonuit, nec non terra marique insonuit, ac neminem non in stuporem rapuit; fuitque hoc horrendum quoddam reuera tonitruum. Vita quidem eius, honor, sanctitas ac virtutes, ingentem quendam fragorem ediderant, sed longe maiorem mors illius & martyrium.

Docent Physici ac Metaphysici ab igne nubibus coarctato, dum libertatem & egressum quærens, claustra ac repagula sua perfingit, tonitruum oriri, atque inde fragorem illum ac strepitum, quem tonitruum dicimus, mundumque vniuersum concutit, enasci, qui dum foras profilit, vel exitum reperit, lumen suum patefacit, per fulgura scilicet & coruscationes naturales. Non secus etiam fidei lumen & charitatis ignis, quæ

S. Jacobus primus in beatissimæ matris suæ tutelam directionemque commendauit. ter Apollos marty.

Marc. 3.

S. Jacobus quoddam ob martyrium fuit: cum enim primus ipse, ob amorem Redemptoris, pro veritate Evangelica, pro Ecclesiæ exaltatione, ad mundi confusionem, ad idolorum subuersionem, ad exemplum fidelium, ad inferorum terrorem, & rerum omnium contemptum, mortem subierit, magnum hoc fragorem dedit, hoc longe lateque insonuit, nec non terra marique insonuit, ac neminem non in stuporem rapuit; fuitque hoc horrendum quoddam reuera tonitruum. Vita quidem eius, honor, sanctitas ac virtutes, ingentem quendam fragorem ediderant, sed longe maiorem mors illius & martyrium.

Tonitruum

quæ in magni huius Apostoli corpore, velut media quadam nube concludebantur, tyrannorum violentiâ, & horrenda mortis procella diffracta cum sunt, tantum fragorem dedit, tamque altum intonuit, vt omnes omnino mortales, ad instar tonitruu, percellerit.

Luc. 7.

Luculentam rei huius figuram suggerit Iudicum liber, Gedeon enim aduersus Madianitas Dei inimicos pugnaturus trecentos ex omni filiorum Israel numero dumtaxat selegit, quibus & tubas & lagenas ardentibus lampadibus inrorsum instructas in manus dedit, hoc addito mandato: *Quod me videritis facere, hoc facite.* Quare ad vnum omnes egerunt lagenas, apparuerunt lampades & tubis personauerunt, & castra Madian tu-  
ta sunt & superata. Mira profecto bellandi ratio; sed eadem designare Deus voluit, quo mundus sit pacto debellandus. Fidei thesaurus & charitatis ignis figlinis continebantur lagenis, corporibus inquam Apostolorum, vti Gedeonis lampades lagenis; tum vero ignis lumen & lampades emicuerunt; cum lagenæ contractæ sunt, cum corpora Dei nomine morti obtulerunt, supplicis, cruciatibusque eadem conscindenda præbentes; ac tum tubis personando, & sanguinem in Christi prædicatione effundendo, mundo terrori fuerunt, & vniuersos superarunt.

Mira mundi superandi ratio.

Psal. 5.

Huc referas, quod à Psalmographo prædictum quodam loco est; *Et conturbati sunt omnes, qui videbant eos, & timuit omnis homo, & annunciauerunt opera Dei, &c.* Quid porro magis homines conturbauit, tyrannos percelluit, idololatras consternauit, demones perterrefecit, & mundum vniuersum in admirationem maiorem rapuit, quam ipsa Martyrum mors, ac præsertim Apostolorum? illorum siquidem doctrina, mors, prædicatione ac martyrium, mundum, inferos, peccatores iuxta ac diabolos confudit & fregit, ac præcipue Iacobi nostri, de quo, nescio quid Psalmista prædicere visus est, dum ait; *Tunc alluxerunt fulgura eius* (Iacobi scilicet prædicantis & ex amore Christi morientis) *orbis terra, sidit & commota est terra.*

Psal. 96.

S. Iacobus ergo vere filius tonitruu ac boanerges fuit, ob sublimem scilicet prædicationis eius sonum, de numero illorum vnus, de quibus Psaltes prædixerat, *In omnem terram Psal. 8. exiit sonus eorum, & in fines orbis terra verba Prædicatorum.* Solenne porro sacre Scripturæ est, res per tonitruu nomine illustres prædicatores definitur in gnare. Hinc Psalmo 103 dicitur, *A voce tonitruu tui formidabunt,* id est, peccatores percellentur ac timebunt, dum verbum Dei ex ore sanctorum prædicatorum emicans, in auribus suis detonans ad instar tonitruu audient.

Exod. 19.

In huius signum rei lego in Exodo, dum lex Dei in monte Sina populo Israel promulgaretur, fulgura micare, coruscationes videri turbines ventorum ac tonitruorum fragores exaudiri cœpisse; atque inde tantum inferne hærenti populo terrorem incussum, vt visis auditisque prodigiis nemo non pauore consternatus tremere & albesceret, diceretque Mosi; *Ne loquatur nobis Dominus, ne forte moriamur,* ad verborum eius tonitrua. Designabant hæc tum Euangelii verbique Dei & robur & virtutem; simulque docebant, quemadmodum audito tonitruorum, ballistarum illarum naturalium, fragore mortales contremiscunt & pallent, ad eundem modum peccatores verbo Dei audito percellendos. Et sane Iacobi nostri prædicationes magis inferos quam naturalia tonitrua terram perterrere.

Cur lex Dei & robur & virtutem; simulque docebant, quemadmodum audito tonitruorum, ballistarum illarum naturalium, fragore mortales contremiscunt & pallent, ad eundem modum peccatores verbo Dei audito percellendos.

Stuporem mihi incutit mirabilis illa S. Ioannis, Apostoli huius nostri fratris visio, qui vidisse se scribit thronum, de quo fulgura, & voces, & tonitrua procedebant. Ecquæ Deus bone visio! quænam hæc symphonia, & harmonia, & sympathia? voces audiri permittas fulguribus & tonitruis. Designant hæc omnia præsentem Ecclesiæ statum; thronus, eius est imago, fulgura, tonitruaque prædicationem & miracula eiusdem representant.

Apoc. 4.

Singillatim omnia hæc exponere est animus; ac primo dicere, per fulgura cõmuniter à Patribus, vt Augustino, Ruperto, Richardo de S. Victore miraculorum, quæ Deus olim per seniores illos ad mundi conuersionem patrauit, magnitudinem intelligi. Vti enim

Miracula per fulgura significatur

Mat. h. 24.

fulgura & fulmina ad vtrumque mundi cardinem miant & videntur, iuxta illud Evangelij, *Sicut fulgur exit ab Oriente & parat usque in Occidentem*, &c. ita & miraculorum splendor fulgorque longissime patet, per omnium ora se extendit, omnium admirationem ciet, & infinitam hominum multitudinem ad fidem conuertit.

Miracula dicta splendor armorum Dei. Abacuc. 3.

Hanc etiam ob causam miracula dicta sunt splendor & coruscatio armorum Domini. Hoc namque nomine eadem indiget Abacuc; capite enim prophetæ eius tertio, quo loco S. Hieronymus ex Hebræo transtulit, *In luce sagittarum tuarum ibunt, in splendore fulgurantis haste tue: Septuaginta vertunt: In lumine iaculis tua ibunt: in splendore seu coruscatione fulguris armorum tuo um.* Quem locum hoc modo exponit sanctus Gregorius,

Lib. 3. Moral. cap. 3.

*fulgur, inquit, armorum, est claritas miraculorum.* Quin etiam Regius Propheta ad miracula alludens, illorum splendore oculos & animos mortalium perstrictos & consternatos ait, *Alluxerunt, inquit, fulgura eius orbis terra, vidit & commo: a est terra*, quo loco & S. Augustinus per fulgura miracula intelligi vult prædicatorum & Apostolorum, quæ velut fulgetra horrenda ex horrendis emicantia nubibus, omnes mundi cardines concusserunt.

Psal. 96. In Psal. 96.

Prædicationes per tonitrua intelliguntur.

Sicut autem miracula à throno Dei, id est, Ecclesia emicant, ita & voces ac tonitru; per quæ verbi Dei prædicatio non incite accipitur: hoc tamen discrimine, quod voces imago sint placidarum leniumque admonitionum, adhortationumque blandarum, tonitrua vero horribiles diuinitatis iudiciorum poenarumque sempiternarum comminationes representent: vt & sublimes, altas, profundas de Iesu Christi diuinitate, diuinis eius attributis & perfectionibus, mysterijsq; fidei prædicationes, quæ omnia sæpenumero è thronis & cathedris Ecclesiæ promicare & audiri solent.

Prædicato-ri, vt bene sancteque concionetur, formula præscribitur.

Hinc discere & eruere concionaror Evangelicus potest, quo concionari debeat ritus eius est nempe interdum vocè communem adhibere, id est, ad res humiles, mediocres, moralemque conuersationem spectantes aliquando descendere; alias intonare, id

est, de reb. sublimibus ac profundis, animaque hominum percellentibus sermonem instituerere. Hanc concionandi formulam seruabat Apostolus, vt ipse in ea quæ ad Corinthios est missa epistola declarat, *Sive enim mente excedimus, Deo sive sobrii sumus, vobis.* Id est, si sublimes conceptus procudimus, & rerum profundarum diuinarumque tractatione per aera cœlosq; omnes peruagamur, studio & data opera id facimus, vt scilicet Dei naturam exprimamus, eiusque gloriam præ oculis habendam suadeamus, verum si sermo repar, si humana ac vulgaria tractemus, si facilia intellectu proferamus, id vestri causa fit, vt vestre nimirum nos capacitari adaptemus, & ingenio viribusque vestris nostras commenturemus.

Certissimum est ergo, & exploratissimum per tonitrua reboantia & sonora sublimes & altos prædicandi modos intelligi, tum ob stuporem & admirationem, quam profunda hæc & elata fidei mysteria in auditorum animis pariunt, tum vero ob terrores & timores, quibus peccantium animos tartarorum suppliciorum comminatione perterrefaciunt. Arque hæc sunt, quæ ad poenitentiam eos prouocant, & sanctam vitam recte instituentem voluntatem eos parere faciunt.

Tonitrua sublimes designant prædicationes.

Huc mirifice facit, quod de ceruis naturalium rerum scriptores prodidere. Ceruæ enim cœlo tonante særus eiiciunt; nam non nisi ægerrime & difficillime pariunt, nisi fragores & tonitrua idis obstetricum sint quodammodo loco Testem huius rei habeo Iob Prophetam, *audito tonitruo prætore pariunt.* Ad literam hoc Psaltes expressit, dum quodam in Psalmo ita scribit, *Vox Domini preparans ceruos.* Eo vero loco ex textu Hebræo *ceruus* legendum verisimile fit; adde quod Græcum *λαφ* sexum designet vtrumque, hinc nonnulli interpretes cum S. Hieronymo ex Hebraicis fontibus locum hunc vertunt, *Vox Domini obstetricans ceruis.*

Ceruæ pariunt longe tonante.

Iob. 34. Psal. 18.

Quamcumque demum quis versionem sequatur, certo certius est per hanc Domini vocem tonitrua ad literam intelligenda esse: verum mystice & allegoricis tonitruo verbi Dei

Dei prædicationem designari, & cernis peccatores, qui ob timiditatem anxietatemque non absurde ceruis comparantur, iuxta illud Prouerbiorum, *fugit impius nomine persequente*. Tum vero peccator, ad instar ceruarum, non nisi ægerime scelerum onus eicit, & summa cum difficultate spiritualem conuersionis suæ factum parit, sanctamque vitæ emendationem. Verum hac in re miro illi auxilio est Domini vox, ac comminantium prædicationum tonitrua, dum eos conuertunt, faciem ijs & lenem partem reddunt. Testatur hoc Isaias dicens, *et facie tua Domine concepimus, et quasi parturimus spiritum factum uti*. quasi dicat, Hem quam difficile conuerti potuimus Domine! sed mox ut faciem tuam vidimus, ut tonitruum voces tuæ audiimus, tanta formidine correpti sumus, ut sanctum conceperimus propositum, ac sanctam quandam conuersionem vitæque emendationem feliciter pepererimus.

*Miraculose conuersionis peccatorum figura Exod. 24.*  
 Ægram hanc & perdifficilem peccatorum conuersionem, quam ut prodigiosam penitus suspicio, mythice figurat curruum & equitum Pharaonicorum submersio & interitus, de quo in Exodo legimus, *Respicens Dominus super castra Ægyptiorum, subuertit rotas curruum*. Obseruat potro Plates, hanc rotarum comminutionem, & curruum subuersionem subuersionemque, cælestium tonitruorum fragori ac fulgurum emicationi ascribendam, *Viderunt te aqua Deus, et timuerunt, et turbata sunt abyssi: multi uero sonitus aquarum, uocem dederunt nubes, etenim sagitta tua transeunt, sonus tonitruus tui in rota*. Notandum uero *rotas* hic pro rotis capiendum. Mysticum autem sensus denotat, quemadmodum olim tonitrua ad Ægyptiorum subuersionem cooperata sunt, & omnes Pharaonis currus confregerunt, ita & hodie uerborum diuinorum tonitru, id est terribilibus prædicationibus peccata deiici ac prosterni, quæ per currus non inscite designantur & omnes Pharaonis rotas distringi, id est omnem satanæ fastum & superbiam & superba peccatorum molimina dissipari, eaq; omnia in lacrymarum mari mergi, adeo ut ad humilitatem conuertantur, crucem gestent, peni-

tentiam amplectantur, & vitam in melius commutent.

Ad hanc de tonitruorum fragore digressiōnem me Iacobi nostri nomen abripuit *Boanerges*: latine id *filius tonitruus*, id est, *tonibilis*. Hebraicis *sonat*; *filius enim tonitruus*, Hebræorum loquendi more, idem est quod tonitru, & sane frequentissima hæc loquendi ratio in Scriptura est; hinc est *si uis iniquitatis*, pro iniquus; & *filius perditionis*, pro perditus, commune hoc sacris libris, uti & uerum est, Iacobum nostrum ingens & genuinum tonitru extitisse: concionando enim peccatores consternabat, consternatos ad lachrymas & idem ad penitentiam inuitabat; quod uerum prædicatoris Euangelici officium.

Eleganter his quadrat, quod in Apocalypsi sua uidisse Ioannes se ait, septem scilicet Angelos, habentes phialas plenas iræ Dei, quas in terram effundebat: *Exierunt, inquit, septem Angeli, habentes sepiem phialas de templo uestiti in mundo, et candido, et circum circa pectora zona aurea*. Rupertus, Beda, Haymo, Richardus de S. Victore, alijq; loci huius interpretes per Angelos hosce, iræ Dei effulsores, sanctos Prædicatores capiunt, qui indignationis diuinæ phialas tum uere in terram effundunt, dum horrenda supplicia & cruciatu in futuro sæculo impijs paratos destinatosque è suggestu denuntiant ac promulgant. Bono Prædicato-

rum n. Prædicatorum partes sunt, diuinis concionib. suis ac seueris comminationib. peccatores perterritificare, timorē ijs iniicere, & Apocalypsicis. Prædicatores magnos agantur zelo. huius rei figuram dicuntur phialæ fuisse aureæ, & qui eas effundebant, cingulo aureo altum cincti circa pectora & sub axillas; quod qui uerbum Dei in Ecclesia prædicat, magno id faciant oportet tum erga Deum, tum erga proximum zelo, seque id è sancta ac christiana quadam charitate, non uero è fastu & uana ostentatione alioue humano intuitu facere declarent.

Dixit olim mundi Redemptor, & Magnus Prædicatorum omnium Magister Christus, Apostolos suos, qui primi Ecclesiæ suæ concionatores futuri erant, alloquens, *Vos estis Magistri*.

Matth. 23.



Comparatur concionatores salii.

*sal terra.* Non sine ratione aut mysterio, nec frustra salii mordenti eos omniaque excedenti, non autem mellilienti & dulcoranti omnia assimilatis; ut ostendat nimirum, veri prædicatoris officium esse peccatores coarguere, reprehendere, pungere, obiurgare, & aduersus eos debacchari, non vero ijs peccantibus ablandi aut adulari.

Cant. 4.

Huc alludēs sanctus ille in Canticis sponsus Christus, & dilectam suam, id est, Ecclesiam a se dicit, ait, *Mel & lac sub lingua tua.* Non ait eam mel & lac in lingua, sed sub eadem habere, eo quod prædicatoris, qui Ecclesie lingua sunt, simpliciter, sine vlla artificio, fuci, nouitatis, elegantiarumue in verbis affectatione, non denique assentando loqui oporteat: lac enim eloquentie fucata, & verborum lenocinia, dissimulationisque aut adulationis mel in Ecclesie lingua non inueniuntur.

Concionatores non adulentur.

Matth. 20.

Huc trahi etiam potest, quod concionantium omnium & Ecclesiasticarum antesignanus Christus olim apud Matth. dixit, *Non veni pacem mittere sed gladium*, id est, non præuaricatoribus in prædicationibus meis assentaturus, verborum eos mollitie ac lenitate demulcendo; sed militis & hostis armati ad instar veni, arma manu vibrans, pernicaces percussurus, aut ijsdem formidinem iacussurus. De huiusmodi porro ense loquebatur Ieremias, *Maledictus*, inquit, *qui prohibet gladium suum à sanguine*, nec passim in hoste stragem edit. *Maledictus*, inquam, vere prædicator ille, qui gladium suum & arma, id est, linguam, sermonem, orationes, & Euangelij prædicationem à sanguine, cæde & interitu peccatorum prohibet. Quam porro strages hæc laudanda! His se obiectare & recteare debent magni & illustres prædicatores, qui Ecclesie milites sunt. Hoc nomine mirifice de prædicari laudarique meruit S. Iacobus. Quot enim ille peccata iugulauit, quot vitia exstinxit, quot idololatrias trucidauit, quot ad Christum animas conuertit? lingua enim eius vere gladius acutus fuit, & merum prædicationis tonitruum.

VI.

Statua Cælaris.

In veterum historiarum monumentis legisse memini, Cæsari Iulio Imperatori à suis

olim statuam erectam, quæ sinistra librum, dextra gladium præferret, hoc inferne addito epigrammate, *Ex utroque Cæsar.* quo denotabatur, tam illum litteris, quam armis emersisse, & magnum euasisse, ac parem utraque è dote gloriæ promeruisse. Ut flosculum hunc è profano eductum solo in Ecclesie hortum transpantem, non absolum futurum videatur, si eodem quoque schemate S. Iacobus repræsentetur, & sinistra illius librum ad doctrinæ magnitudinem, & prædicationis eius excellentiam, qua tot ille gentes Christo lucratus est, exprimendam; dextræ vero gladium addamus, quo sanctorum verborum eius zelum, animos, & ardentem charitatem designemus; quibus, velut gladio, Mausos in Hispania contrucidauit, & infinitos idololatrias, Deique inimicos, per alia plurima mundi loca, peccato mori cogit: demum hanc illi inscriptionem addamus ad imitationem illius Cæsareæ, *Ex utroque Iacobus.*

Quocumque enim modo Apostolus accipitur, quocumque ex latere vertatur, semper Iacobus est, semper in prædicationibus tonitru & sane sublimis hæc professio, potius tonitru perterrefaciens, quam oblectantem musicam referre debet & imitari. In huius rei figuram Isaie Prophetæ mandatum est, ut elata voce in prædicationibus suis clamaret, & vocem tubæ ritu efferret ad vitia coarguenda, *Clama*, inquit, *necesses, quasi tuba exalta vocem tuam, & annuntia populo in eo scelera eorum.* Quæ verba varios mihi conceptus suggerunt, quos vobis singillatim enarrabo. Primo namque prædicatoribus iniungitur, suis auditoribus non nouitates aulicas, non futiles & inanes quæstiones, neu noua & inaudita dogmata, non scrupulos conscientiarum, sed animæ peccata, & quæ commiserunt vitia referre.

Secundo, Prophetæ mandatur, ne Auditoribus aduletur, ne risum eis moueat, fabulas & aniles nœnias non commemoret, verbis scurrilibus & comicis ac mimicis non utatur, sed tubæ instar, cuius in bellis usus est, detonet. Ita concionabatur S. Paulus, qui de se in prima ad Corinthios hoc loquitur modo, *Nō misit me Dominus baptizare, sed euangelizare,* non

Insignis S. Iacobi una.

Prædicationis tonitruo potius sit quam musicæ similis.

Isai. 56.

Prædicatori futilia in cathedra non referat.

Concionator verbis inimicis aut iocularibus non utatur.

1. Cor. 1.

non

non in sapientia verbi, ut non euacuatur crux Christi.

10/10.

Allegoria.

Achan primo Dei iussu, deinde populi totius decreto lapidibus adiudicatus est, eo quod, ut Hebraei praeferunt, e cherem Iericho linguam auream clanculo sibi seruasset. atque ita legunt Origenes & Hieronymus; cum vulgata praeferat regulam auream. Seuera quidem punitio, sed mysteriorum plena, qua designatur, eos diuinitus puniri merere, qui ex anathemate Iericho lingua suffurantur auream; id est, qui e profanis eloquentiae humanae ac mundanae sapientiae terris, furtiue quodammodo surripiendo, lenocinantes sermonum flosculos, & fucata adulterinaque verba ad doctrinam Euangelicam in Cathedris Ecclesiasticis adferunt.

Psal. 67.

Regius propheta de legis Euangelicae praedicatoribus agens sic psalmo suo LVII. locutus est: *Lingua canum tuorum ex inimicis ab ipso.* Id est, Qui antea Ecclesiae inimici erant, iam ceteris conuersi, facti sunt velut latrantes aduersus Ecclesiae persecutores, canes, & peccantium vlcera, vulnereque saniem perlingentes. Ita S. Paulus, Matthaeus, Dionysius aeterni canibus huiusmodi; prius hostes & acerrimi Ecclesiae persecutores, illustres postmodum & feruidi facti sunt praedicatoribus, vigiles & ad eius defensionem canes. Notandum porro, canes illos dici: eorum namque est lupos mordere, & persequi alienos, deinde noctu diuque calamo linguaque voce simul & scriptis, velut canes domui dominoque fidi, aduersantes lacessere. Hanc ob causam Iudas malos praedicatoribus, nec officio suo rite fungentes canibus mutis, nescientibus, nec latrare valentibus exequat, *Canes muti non valentes latrare.* vnde efficimus necesse est, canes bene latrantes, bonos merito concionatores dicendos esse.

Praedicatoribus canibus collati.

Isai. 56.

S. Iacobus magnus fuit concionator.

Hispania multum S.

Talis erat Iacobus noster Maior, verus scilicet praedicator: toto enim vitae tempore, noctu & interdum in peccatores insurrexit, & aduersus infideles, aduersus Dei inimicos, aduersus idololatrias detonuit: vox eius tuba quaedam fuit, & eius praedicationes tonitrua. Vnde vniuersa quidem Ecclesia infinitis Apostolo huic nominibus deuincta est, sed singularibus vniuersa Hispania, cum ab illo fidem edocta sit, & ad Christum conuersa; *Bessai tom 3. do Sanctis.*

in quam suum ut ipse affectum testaretur cor Iacobo de-  
poris sui ac reliquiarum illam haeredem & bet.  
custodem esse passus est. Ex Hispania siquidem in Iudaeam redux mortem occubuit capite imminutus, cuius deinde corpus rursus in Hispaniam diuino nutu velut amoris testimonium, vel regionis tutela ac thesaurus, & inexhaustum prodigiorum subiectum delatum est.

Quapropter id Apostolo huic contigisse mihi auctor sum, quod olim Iosepho Patriarchae, qui in Aegypto exspirans, fratribus indicxit, sua ut inde ossa secum in terram Chanaan transportaret, quem ille locum singulari honore & amore pra alijs, persequebatur. *Asportante,* inquit, *ossa mea de loco isto.* Ita quoque S. Iacobus in Iudaea occumbens, sua ibi ossa & corpus remanere minime passus, eadem in Hispaniam transferri voluit, quam ille regionem tot illustrat praedicationibus, tot bonis edificat exemplis, tanto labore ac sudore Christo asseruerat, tot miraculis in fide confirmarat, & quam denique inter reliquias prouincias singulari quadam beneuolentia & incredibilem affectus semper est profecutus significatione.

In horum omnium confirmationem facit, quod in vita Apostoli huius serie legitur. Dum enim discipuli eius post martyrium corpus Hierosolymis asportarent, in nauim id exarmatam, omniq; nauarcho destitutam impo-  
suerunt; feliciter tamen in eum illud locum appulit, quem Apostolus designat, qui stelle cuiusdam indicio patuit, tum primum non sine prodigio apparentis, atque hoc illud loco reponendum esse indicantis, qui deinde ab eo euentu Compostella, quasi dicas *campus stella.* eo in regno est nuncupatus. Insigne profecto & inauditum prodigium, quodque alterius, quod nato jam in mundum Salvatore Iesu contigit, reficit memoriam: cum scilicet sidus quoddam nouum magos ab ultimo Orientis cardine conducens, super stabulum Berhleemiticum fixum stetit, eum esse locum declarans, in quo nouus ille Rex, Messias inquam, quem amplissimis donatum muneribus, & adoratum venerant, recens natus inueniendus esset.

Docuit olim Plato, qui ob ingenii magnitudi-

Iacobo de-  
bet.  
Gen. 50.

Insigne prodigium in S. Iacobi reliquiarum translatione contigit.

Luc. 2.

Platonis sententia.

tudinem, & mentis aciem *diuini* cognomen-  
tum inuenit, Deo parentibus, magistris, paria  
neminem posse reddere, id est, hominum er-  
ga Deum, quod ipsos creasset, erga parentes,  
quod generassent, erga præceptores, quod edo-  
cuissent, obligationes ac debita adeo esse  
ingentia & singularia, vt illorum agnoscere ma-  
gnitudo nequeat, & omnes vires excedat. Vt  
de ea quæ Deo debetur obligatione, quæ pen-  
itus infinita est, taceamus, certissimum est  
ea, quibus præceptoribus deuncti sumus no-  
mina, tam esse ampla, vt ijs, quæ parentibus  
debentur, aut æquiualeant, aut sane ex alio-  
rum sententia præualeant. Huius etiam opi-  
nionis fuit Alexander Macedo, qui se Aristo-  
teli præceptor, quam Philippo patri plus de-  
bere dicere haud esse veritus, quod a patre vi-  
tam dumtaxat & necessarias ad eam ducen-  
dam opes, sed ab illo virtutem, & bene viuendi  
rationem modumq; accepisset.

Alexandri  
Magni sen-  
tentia.

Hispania  
quantum  
S. Iacobo  
debeat.

Hinc colligatis velim, quor Hispania vni-  
uersa sancto huic Apostolo obstricta sit no-  
minibus, qui ei præceptor extitit, qui eam  
tanto labore ac sudore tanto tempore edocuit,  
qui tam sapienter sub Christi Domini eam ju-  
gum redegit, qui tam feliciter ad Euangelij  
cognitionem ac lumen pertraxit, qui tanta  
potentia e Maurorum eâ captiuitate ac tyrā-  
nide vindicauit: Qui denique tanta charitate  
ac patientia salutis, ac deinde virtutis omni-  
genæq; pietatis iter illi strauit. Hanc ob cau-  
sam Hebræos suos exhortabatur non segni-  
ter Apostolus, nunquam vt obliuiscerentur,  
sed immortalem eorum conseruarent me-  
moriam, qui veritatē ipsos edocuisent, ma-  
gistri illorum extitissent, simul etiam ob o-  
culos ponens, quæ ab ipsis deberetur obligatio:  
*Memorote, inquit, præceptorum vestrorum, qui  
vobis locuti sunt verbum Dei, quorum inuentes  
exitum, ac mortem per beatam, conuersationis,  
vitæq; illorum imitari ini sulem*

Heb. 13.

Iisdem vos hodie compellare verbis ani-  
mus est Christiani, ac dicere, Memorote, ob-  
secro, generosi Galli, sanctorum illorum ac  
veterum Patrum, qui Euangelium vos edo-  
cuerunt, ac toties in templis vestris verbum  
Dei prædicarunt; mementote inquam S. S.  
Dionysij, Martialis, Martini, Hilarij, Remi-

gij, Marcelli, Bernardi, aliorumque plurimo-  
rum, qui tam sancte vobis prædicarunt, suam-  
que prædicationem ac doctrinam tot mira-  
culis & ostentis confirmarunt. Recordamini  
tot Confessorum ac Doctorum, qui præter  
sanctam quam duxerunt vitam etiam varia  
litteris mandarunt, vt hoc vos pacto edoce-  
rent, vtq; proficeretis, tot præclara vobis po-  
sterisq; monumenta reliquerunt. Huiusmodi  
fuerunt S. Augustinus, Hieronymus, Ambro-  
sius, Gregorius, S. Thomas & Bonauentura,  
alijq; permulti. Reminiscamini quoque tot  
gloriosorum Martyrum, qui postquam scientia  
vos & virtute imbuerunt, pro eadem quæ  
docuerant fide mortem etiam oppetere gra-  
ue non duxerunt, & quam proposuerunt ve-  
ritatem sanguinis sui sigillo confirmare. Ve-  
rum mementote in primis sanctorum ac diui-  
norum Apostolorum qui vt Euangelium vo-  
bis annuntiarunt, & mysteria sancta traderent,  
tantopete laborarunt, sudarunt, tantum ter-  
rarum peragrarunt, tamq; grauiam tam diuer-  
sis rationibus passi sunt; in primis vero S. Jaco-  
bi nostri nolite obliuisci.

Quam porro æquum est, sancte Apostole,  
perperuo tui meminisse, & quæ in mundum  
vniuersum contulisti beneficiorum immor-  
talem inuolatamq; memoriam tueri, cum de  
numero duodecim illorum Ecclesiæ Docto-  
rum fueris, quorum singuli in Spiritus S. aca-  
demia edocti sunt, indeq; egressi vniuersum  
mūdum erudierunt. Cum inquam ex prima-  
rijs orbis Christiani campanis fueris, quarum  
per omnes orbis angulos sonus est exaudi-  
tus, & quæ omnes omnino nationes ad sacra  
mysteria, ad sanctissimorum Sacramentorū  
prædicationem ac perceptionem compule-  
runt. Equissimum inquam & par est, ab om-  
nibus te coli ac suscipi, admirabilis Apostole,  
qui inter egregios illos recenseres Prædicato-  
res, qui primi in Petri Ecclesiā apparentes, ve-  
ritatem docuerunt, errores jugularunt, idolo-  
latrariam euerterunt, Philosophis ora obrura-  
runt, mundi sapientiam obmutescere cœge-  
runt, crucifixi honorem stabiliuerunt, reli-  
gionem in tuto collocarunt, & aduersus Gē-  
tes decertarunt. Sancte, inter omnes Sanctos  
admirabilis, inter concionatores tonitru, in-

Laudes &  
elogia S.  
Iacobi.

ter martyres ductor, & inter Apostolos amicos Redemptoris amicissimus: omnis nimis quam magnam tui colendi, honorandi, laudumque tuarum euulgandarum rationem habet Ecclesia; nos vero eius filij etiam multo maiorem, tuam admirando vitam, mortem martyrium, felicemque ex hoc mundo transitum, fidem & bonam sanctæ conuersationis tuæ exemplum imitandi, vt ad eam nostram conformantes, & sanctarum virtutum tuarum vestigia sequentes, tuasque diuinas predicationes opere ac re ipsa exequentes, & Deū tui exemplo merentes ac seruientes, æterna donari gloria, qua modo ipse in altero potius sæculo, mereamur, ad quam nos Pater, & Filius eius vnigenitus, ac Paracletus Spiritus S. vnus in personarum Trinitate Deus post decursum mortalis huius vitæ stadium perducere dignentur, Amen.

IN F E S T O S. ANNÆ MATRIS  
B. MARIÆ VIRG.

Partitio.

1. De B. Virginis perfectionibus.
2. De S. Anna, an pluribus nupto uirg.
3. An plures illi, præterquam una, fuerint filia.
4. De Sanctæ Anna matris Deiparæ dignitate.
5. De eiusdem sterilitate, aliisque mirabilibus in ipsa consideratis.

Simile est regnum calorum homini negotiatori querenti bonas margaritas.  
Matth. 13.

FIGURA.

Exod. 25.

Sancta illa Sanctorum, in quæ arte testimonij inferenda erat, locus erat dignissimus, ac summopere venerandus, atque adeo gloria & diuitijs inclutus, nihil vt dignius, illustrius, ac diuinius vetus illa Iudæorum Synagoga habuerit. Videtur huic aliqua ratione B. mater Anna assimilari pariterque posse. quia eam

sancta hæc creatura, veluti quædam Sancta Sanctorum, destinata ac selecta erat, in qua mater filij Dei vnigeniti, vera illa fœderis ac testimonij arca collocaretur ac requiesceret; hinc sanctitatis ac benedictionis quidam locus fuit, matrona honore & gratijs, & virtutibus referta, ac creatura omnibus adeo numeris perfecta & absoluta, vt vnum ex inclutis Ecclesiæ miraculis semper & habita sit, & habeatur, & in perpetuas generationes sit habenda. Vt quid à parte rei subsit, sciamus, & tantum hodie in illam laudum & elogiorum effundamus, quantum ante perfectionum ac meritum Deus in ipsam conuulit. Spiritum paracletem rogemus, nobis vt opituletur, ac gloriosissimam Virginem Mariam, ad quam res hæc potissimum spectat, cum sacratissima eius fuerit mater, sua vt intercessione dicenti minime desit, quocirca omnes oculis, animis & genibus in terram deiectis dicamus

A V E M A R I A.

David Rex de magnifico illo templo, quod 1. Par. 29. à filio Salomone ædificandum erat, & ad cuius fabricam constructionemque tantum auri argenti que ac variæ suppellectilis coaceruaret, ac tantum sumptuum impenderat, vt nemo non obstupesceret, loquens, his sermonem verbis est exorsus, *Grande opus est, neque enim homini preparatur habitatio, sed Deo*: hominum omnium conditori. Pariterque videtur Auditores, vt quoniam hodie de secundi illius templi, sed anieati & penitus admirabilis fabrica sermo iustitiedus est, ab ijs ipsis verbis eum ordiamur, dicentes, *Grande opus erat, neque enim homini, reparabatur habitatio, sed Deo*. O Generatio Deiparæ opus erat grande.

Hiuc profecto oportebat omnia magna, Omnia admirabilia & magnifica in ea concurrere, gna in hac conceptionem in qua beatam, natiuitatē glorie Virgine riosam, vitam plene diuinam, mortem miraculosis plenam, gratiam incomparabilem, concurrent